1241. Ex Herald Paprocki

108

In nomine Domini. Amen.
Nos Conradus Dux notum facimus universis quod quadam vice Gotardus Comes filius Lucae noster fidelis servitor cum Prutenis Lithuanis et Iazvingis viriliter contentionem fecit suam vitam non curans tandem inexuperabilis devicit septem Duces qui dicuntur Izwinzowie incaptivavit et in captivitate eos retinens ad nos reduxit, Quos quidem de captivitate redimerunt et exemerunt videlicet pro quolibet Duce nobis septingentas marcas puri argenti et graves tribuerunt, pro qua tamen victoria dicti Gothardi sibi Villam Sluzewo perpetuis temporibus cum omnibus libertatibus contulimus, ipsam villam ab omnibus exactionibus solutionibus collectis vecturis et laboribus angariis praeangariis et vexationibus universis juris Polonicalis quocunque nomine censeantur liberando et penitus eximendo dantesq sibi et suis successoribus. cum homicidium in dicta villa perpetraretur caput percipere ex toto et cum suus Cmetho cmethonem alienum perimerit medietatem poenae capitalis obtinebit. In cujus rei testimonium sigillū nostrum appensum. Actum et datum
× Varschoviae Anno Incarnationis Domini 1241.

Pawlowski.